tionis quãuis paſſiuũ nõ habeat. vt apud Uirgilium. Errata
littora. triũphata capitolia. regnata ſemꝑ arua. Eodem etiam
modo apud Comicum. Decurſo iam ſpacio. vigilatum carmẽ.
laborate veſtes. requiet⁹ ager. lucubrata opa. Item Et eſt lucu
brare nocte aliq̃d componere. vt apud Ciceronem in paradox
is. Accipe hoc opuſculum his arctiorib⁹ noctib⁹ lucubratum.
Ouidi⁹. Da requiem requiet⁹ ager bene credita reddit. Et itẽ
Attenuãt iuuenũ vigilatæ corpa noctes. Sic ſpirat⁹. anhela
tus. ⁊ quædam alia. vt Iſſet anhelat⁹ non ꝑmeditat⁹ in ignes
Impropẽ tamẽ dicit̃. Sitis benevent⁹. vent⁹ em̃ ꝑticipiũ nõ
inuenit̃. Sed dicẽdum eſt. gratulor tuo aduẽtui. vel gratiſſi-
mus mihi eſt veſter aduentus

Sunt per paſſiua tibi cætera ſignificãda

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 20 [2]

¶ Dicit ꝙ a ỽbo paſſiuo duo veniūt ꝑticipia ꝑteritū in us. fu-
turꝫ in dus· vt ab amoꝛ amat⁹ amād⁹. Circa lrām ꝑmo ſciēdū
ꝙ q̄dā ſunt ſunt noīa ꝑticipijs ſimilia q̄ nō ſūt dicēda ꝑticipia.
nō em̄ hn̄t ỽba a q̄b⁹ pn̄t deriuari vt tunicat⁹ togat⁹ clamidat⁹
toꝛquat⁹ loꝛicat⁹ caligat⁹ ocreat⁹ ſoleat⁹ crepidat⁹ pileat⁹ aſtut⁹
naſut⁹ coꝛnut⁹ turrit⁹ pellit⁹ crinit⁹ aurit⁹ Aſin⁹ ⁊ lep⁹ ſunt aīa
lia aurita. Eſt aurit⁹ qui mag̅s hꝫ aures vt ioānes ē aurit⁹ Nū
mat⁹. Hoꝛati⁹. Ac bn̄ nūmatū decoꝛat ſuadela venuſqꝫ Lace
at⁹ Contat⁹ Criſtat⁹ Galeat⁹ Manicat⁹ Capitat⁹ magnū hn̄s
caput. ¶ Itē ſciēdū ſecūdo voces in dus terminatę nō ſp ſunt
participia. Qn̄qꝫ noīa qn̄qꝫ ꝑticipia ſunt Cū em̄ exponūtur p
dign⁹ ſunt noīa. vt hic ob h̄ foꝛefactū eſſꝫ truden̄d⁹ in carcerem
eſſꝫ obtrūcand⁹ Eſſꝫ occecād⁹ hoc eſt dign⁹ trudi ī carcerē dig
n⁹ obtrūcari. dign⁹ occecari In quātū autē ſunt ꝑticipia tunc
exponunt̄ per ỽbū futuri tp̄is vt petr⁹ eſt caſtigād⁹ Si ſic expo
nit̄ petr⁹ caſtigabit̄ ꝑticipiū ē. Si vero ſic exponit̄. petr⁹ ē caſti
gatiōe dign⁹ nomē ē. Un̄ ſequit̄ ꝙ liber aliq̄s legēd⁹ ē ſi accipi
atur ꝑticipialit̄ q̄ nō ē legēd⁹ ſi legēd⁹ ſit nomē. ¶ Tercio ſciē
dū ꝙ participiū futuri tp̄is in dus da dum ỽbi paſſiui differt a
gerūdio. Participiū em̄ in dus tēp⁹ ſignificat ſine rei āmiſtra-
tiōe. Gerūdiū vero cōtra rei āmiſtrationē ſignificat ſine tp̄e· vt
tenet me occupatio iuris diſcēdi gerūdiū eſt. nec tēp⁹ ſt futurꝫ.
ſꝫ rei āminiſtrationē. Et participiū futuri tp̄is dictū ē ab alijs
auctoꝛib⁹ alio nomine gerundiuū

Deponēs terna tibi dat cōmune quaterna

¶ Dicit ꝙ a ỽbo deponēti tria veniūt ꝑticipia. pręſēs in ns. p̄
ſeritū in dus. futurꝫ in rus vt loquēs locut⁹ locutur⁹ Sequoꝛ
ſequēs ſecut⁹ ſecutur⁹. ⁊ ſic de alijs. ¶ Sciēdū ꝑmo circa lrāꝫ
ꝙ ỽba deponētalia olim erāt cōmunia. ⁊ ideo adhuc plura depo
nētia iueniunt̄ hr̄e q̄ttuoꝛ ꝑticipia vt Seq̄r ſequēs ſecut⁹ ſecu
tur⁹ ſequēd⁹. vt Nō tibi ſic dices phylli ſequēd⁹ erā. Inuenit̄
em̄ ſeq̄r cōmune ỽbū. vt ꝑdix pſequit̄ in mōtib⁹ Sic ab obliui-
ſcoꝛ obliuiſcēs oblit⁹ obliuiſcitur⁹ obliuiſcēd⁹ quia olim obliuiſ
coꝛ erat cōmune. Inuenit̄ em̄ paſſiue ſignificare Apud Uirgi
liū. Nūc oblita mihi tot carmīa. Ita cōſoloꝛ olim erat ꝯmune
Ut i ſacris lrīs Uox audita ē in rama rachael ploꝛās filios ſu
os noluit ꝯſolari qꝛ nō ſunt. Ita a patioꝛ iuenit̄ paſſiue. vt paſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 20 [2]

ſus ſū abs te multa. Multa pauꝑ fert nō patiēda diuitib⁹ ꝛ ſic de aliȷs ¶ Scđo ſciēdū q̄dā etiā īueniunᷣ deponētia ꝟba q̄ ꝑ co dē ſignificato ī o ꝰminanᷣ. vt minito lʼ toꝛ. naufrago vlʼ naufra goꝛ Aplʼs. Frēs circa fidē multi naufragauerūt Eſop⁹ Et nūc cū reb⁹ naufragat ipſa fides Participo lʼ oꝛ. Aſſentioꝛ lʼ oꝛ. Cō ſentio lʼ oꝛ. Boeti⁹ Tum ego aſſentioꝛ inquā. Medico lʼ medi coꝛ Uirgili⁹ Semina vidi equidē multos medicare ſerentes. Sic mereo lʼ oꝛ Uirgili⁹ Si bn̄ q̄d de te merui ſuit aut tibi q̄c quā dulce meū. Depco vlʼ depcoꝛ. Sapiē. xxvi. Tanq̄m eq̄ de precauerūt. ꝛ tāq̄ȝ agnē exultauerīt. Deſoloꝛ lʼ deſolo. vt Oſee Adducet vētū de deſto aſcēdentē ꝛ deſiccabit venas ꝰrē. qꝛ fō tes ei⁹ deſolabit. Sic zeloꝛ lʼ zelo. Maligno lʼ oꝛ. Luxurio lʼ oꝛ Murmuro vlʼ oꝛ. ꝛ mlʼta huiōi q̄ oīa hȝ p̄ſcian⁹ in octauo libꝛo

Lex tamen eſt talis ꝙ quē caruere ſupinis

Nō poſſunt rectum ꝑ rns̄ foꝛmare futuꝝ

¶ Dicit ꝙ ꝟba ſupīs carētia carēt ꝛ futuri tp̄is ꝑticipio ī rus termiato. Et ſūt ꝟba carētia ſupīs oīa ꝟba meditatia. ichoatia impſonalia. mlʼta ī vo deſinētia. ꝟba ſecūdē ꝯiugatiōis vī in p̄ terito hn̄tia. q̄ nō regūt accūm pꝛeꝯ placeo noceo caueo valeo pateo doleo pareo liceo oleo taceo careo terreo q̄ hn̄t ſupia. Ca rēt ꝛ ſupīs oīa ꝟba carētia p̄terito. vt Ambio gliſco nideo ſido ſtrido liq̄r medeoꝛ veſcoꝛ remiſcoꝛ. pcdo ferueo conniueo ābigo ſatago dego. ꝛ ſic de aliȷs. Et ꝯpoſita a maneo a in ī mutātia vt emineo imineo. Jtē exceptē actiōis ꝛ ficticia ꝟba. vt clāgit clī git tinnit. ¶ Circa lrām ſciēdū ꝙ ꝟba carētia ſupīs carēt par ticipio futuri tp̄is ī rus. ꝛ p̄teriti tp̄is in ſus tus ꝛ xus ꝛ futu ro iſinitiui quod ſolem⁹ circūloqui ꝑ iſinitiuū ire lʼ iri. Carēt ꝛ verbalib⁹ in toꝛ ī trix ī iuus deſinētib⁹. Secūdo q̄dā ꝟba carēt participiȷs pn̄tis tp̄is. vt odi noui cœpi memini. quāuis apđ vetuſtiſſimos meinēs iueniaᷣ. Quēdā ꝟba carētia ſupīs iueni unᷣ foꝛmaſſe ꝑticipia irregulariᷣ. vt a caleo calitur⁹. vt Cali turas ignib⁹ aras. Ouidi⁹ Sic a moꝛioꝛ carēte ſupio moꝛitu rus irregulariᷣ foꝛmaᷣ. Jta etiam irregulariᷣ iueniūtur foꝛma ta quœdā ab habētib⁹ ſupina. vt ab iraſcoꝛ iraſcitur⁹ ꝛ nō iratu rus. Ab naſcoꝛ naſcitur⁹ ꝛ nō natur⁹. Jtē a ſum quod caret ſu pino futurus quod cōmodato accœpit ab antiquo verbo fuo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 20 [2]

Jta ⁊ compoſita ꝓfuturus affuturus defuturꝰ offuturꝰ interfutu
rus ſuperfuturꝰ. Nihil vel ſatis eſt nobis ꝓfuturꝫ. Habet em̄ ſū
vnum ſolum ꝑticipium qđ eſt ens pn̄tis tꝑis q̇ ſolum vtimur
in ſupplectionibꝰ vel ſubaudiēdo. vt animal homo ſupple ens.
Animal' hoīs id eſt animal' entis hoīs. Jtem inueniūtur quæ
dam ꝟba carētia ſupinis formare de ſe irregularit̄ ꝟba frequen
tatiua. vt a lateo latito. pareo hꝫ parito. Egreo habet ægroto.
¶ Tercio ſciēdum ꝟba habētia duo ſupina formāt ab vno ꝑti
cipiū p̄teriti tꝑis. Ab altero futurꝫ vt a pario partꝰ ⁊ pariturꝰ
et eſt partꝰ idem qđ acq̇ſitꝰ. Labit̄ exiguo qđ partū eſt tempore
lōgo. Nō minor eſt ꝟtus q̄ꝫ quærē parta tueri. A naſcor natꝰ
et naſciturꝰ A ruo rutꝰ ⁊ ruiturꝰ. A fruor fructꝰ ⁊ fruiturꝰ Ab
ignoſco ignotꝰ ignoſciturꝰ A careo caſſus ⁊ cariturꝰ. Ab orior
ortꝰ oriturꝰ Morior mortuꝰ ⁊ moriturꝰ Lauo lotꝰ ⁊ lauaturꝰ
et loturꝰ Unde Sacra lauaturas mane petebat aquas

In verbi genere q̄ ſignificatio quære.

Hinc tibi multimodū credas regimē reſerādum
¶ Dicit ꝙ ꝑticipiū ē illiꝰ ſignificatiōis cꝰ gn̄is ē ꝟbū a q̇ deſcē
dit. vn̄ fit ꝙ ꝑticipiū regit illū eūdē caſū quē regit ſuū ꝟbū a q̇
deſcēdit. vt amo actiui ē gn̄is regēs accūm vt amo lr̄ās. ita ſua
ꝑticipia amās ⁊ amaturꝰ hn̄t eādē ſignificationē ⁊ regūt eūdē
accūm. vt amās lr̄ās. amaturꝰ lr̄ās Amor paſſiui ē gn̄is regēs
abltūm. vt amor ab illo Jta ſua ꝑticipia eandē hn̄t ſignificatio
nē ⁊ regūt eūdē caſum. vt Amatꝰ a deo. amādꝰ a deo. Sꝫ ꝑtici
pia ꝟbi paſſiui regēt̄ duos accōs etiam regūt accm̄. vt ſūt ꝟba
vehemētiſſimæ trāſitiōis. vt doctꝰ ſū grāmaticā. docēdꝰ ſum
grāmaticā. Jtē ꝑticipia ꝟbi ipſonal' hn̄t etiā regimen ſui ꝟbi.
vt em̄ dicit̄ docet grāmaticā Jta doctū ē grāmaticā. docēdū eſt
grāmaticā. vēdit̄ tāti. vēditū ē tāti. Qđ ſi deſcēdit a ꝟbo abſo
luto retinet ꝯſtructionē ſui ꝟbi. hͦ ē regit accūm mediāte ꝑpoſi
tiōe. vt itur ad forꝫ. itū ē ad forꝫ. itū ē ad arma. vētū ē ad ꝟbera
Comicꝰ Cū ventū eſſꝫ ad dianæ ſupple edem Et ꝑticipia ꝟborꝫ
impſonaliū nō reperiunt̄ i ns nec i a ſꝫ ſolū i vm. vr vētū ē. cur
ſū erat. ſeſſum ē. Jdeo male dr̄ ſitꝫ bn̄ vētꝰ Sꝫ aduētui ego vr̄o
plurimū gratulor. vel gratiſſimꝰ mihi eſt veſter aduentꝰ. ibi ad
uentus eſt quartæ declinationis nomen. ¶ Sciendum primo
ꝙ poteſt participium regere omnes caſus a parte poſteriori.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 20 [2]

Ntūm. vt ioānes eſt futurꝰ epiſcopꝰ. eſt futurꝰ doctoꝛ. ē euaſu
rus doctꝰ Iſte eſt vocatꝰ iacobꝰ Iſte eſt factꝰ eps̄. vt dionyſiꝰ ex
tyrāno magiſter ludi factꝰ eſt. teutonice eyn ſchoelmeyſter. qꝛ
ludꝰ lraꝝ ſchola dꝛ. Joānes ab omnibꝰ eſt habitꝰ bonus. hoc eſt
bonꝰ dictus. Gtm̄ Miſertꝰ mei. Dtūm. fauēs mihi. Accūm. a
mās lrās. Abltūm. nullo indigēs. pane veſcēs. rōne vtēs Re
gūt ⁊ ꝑticipia vtūm. vt Uirgiliꝰ. Coniugio anchiſa venerꝭ di⸗
gnitate ſupbe. Qď ſic exponit̄. O anchiſa dignate id eſt habi⸗
te digne ſupbo cōiugio veneris. vbi ꝑticipiū habite copulat int̄
duos vtōs. Et ſic ꝑticipium regit vtūm in appoſito. Itaqꝫ pt
dici. O ſcholaſtice future docte. O petre future docte. ¶ Pri
mo circa lrām ſciendū ꝙ v̄bum cōmune actiuæ ⁊ paſſiuæ ſig⸗
nificās format de ſe q̄ttuoꝛ ꝑticipia pn̄s in ens futuꝝ in rus. q̄
ſolum actiue ſignificāt. futuꝝ in dus qď ſolū paſſiue ſignificat
Solum vero p̄teritū in tus actiue ⁊ paſſiue ſignificat. vt vene
rās ⁊ veneraturꝰ ſignificāt actiue. vt ſum venerās illum vene⸗
raturꝰ illum · Venerādꝰ paſſiue. veneratꝰ actiue ⁊ paſſiue. vene
ratꝰ ſum illum. veneratꝰ ſum ab illo. ¶ Secūdo ſciendū ꝙ ꝑti
cipia quæ veniūt a v̄bo neutropaſſiuo ſolum actiue ſignificāt.
vt prādens pranſus pranſurꝰ. Audeo audens auſus auſurus.
Sꝫ ꝑticipia veniētia a v̄bis neutris paſſiuis vt exulo vapulo
⁊c̄. ſolum paſſiue ſignificāt. vt exulās a re publica. exulās a cæ
ſare. vapulans a magiſtro. Ita oīa ꝑticipia hoꝝ v̄boꝝ naſcoꝛ et
oꝛioꝛ p̄ter cæteroꝝ deponētium legem ſignificāt paſſiue. vt na
ſcēs natꝰ naſciturꝰ. vt natꝰ ab illo. Nobili genē natꝰ Patiēs a
te multa. paſſus paſſurꝰ a te multa. Alia deponētia cū ſuis ꝑti⸗
cipijs actiue ſignificāt ¶ Tercio ſciēdum ꝙ quædā ſunt ꝑtici
pia q̄ in voce actiua paſſiuā habent ſignificationē. vt Euidens
negociū illud dꝛ qď euident ⁊ apte videt̄ nō qď videt ⁊ ītelligit
Indulgēs facies cui indulget̄ ⁊ adhibet̄ opa in oꝛnādo. hoc eſt
pulchꝛa facies ⁊ nō quæ alijs īdulget. Ita honoꝛificēs magni
ficēs ⁊ ſimilia a facio deriuata relata ad rem inaīatā paſſiue ſig
nificant ⁊ ſic ludi dicunt̄ honoꝛificētiſſimi id eſt honoꝛifice fa
cti ⁊ nō faciētes. Magnificētiſſimi ludi id eſt magnifice facti
nō faciētes. Si vero eadem ꝑticipia referātur ad rem animatā
actiue ſignificāt. vt magnificēs ſiue magnificꝰ homo quod ma
gis in vſu eſt id eſt q̄ magnimitatē facit Munifaciēs ſiue mu
nificus quod magis in vſu eſt id eſt magnifice dans munera.

¶ Quarto ſciēdum Quædā ſunt ꝑticipia quæ ſub voce paſſiua tus actiue ſignificāt ſiue habēt ſignificationē actiuā. vt circūſpect⁹ qui circūſpexit h̕ eſt prudens ꝛ ſagax ꝛ nō q̇ circūſpicit paſſiue. q̇a ille appellari ſolet cōſpicuus. Cōſiderat⁹ qui agenda cōſiderat. ꝛ incōſiderat⁹ qui agēda nō ꝯſiderat. Diſert⁹ qui ꝓbe diſerit nō qui nō q̇ diſerit. Caut⁹ qui ſcit ſibi cauē nō cui cauet Tutus q̇ tuet alios vt tut⁹ portus tuta vrbs nō ꝙ ab alijs defēdat. Qñqꝫ tñ in orōnib⁹ paſſiue ſig̃t. vt tutus ſum ab hoſtibus id ē munit⁹ Argut⁹ qui arguta ſollertia arguit ꝛ iueſtigat. nō autē ab alio acute intellect⁹ ꝛ iueſtigat⁹. Falſus q̇ fallit. Comicus. Cenſes ne me aliquā cām fictā falſam ineptā faltē potuiſſe ꝓloqui. Aliqñ tñ paſſiue iuenit. vt apud eūdem. Carine falſus es. i. decoept⁹ Saluſti⁹ Nec ea res me falſum habuit. Content⁹ qui cōtinet qđ aio ſatis facit nō qui ꝯtinet. Tacit⁹ qui tacet nō qui tacet. Uirgili⁹ tñ paſſiue poſuit dicēs. Quis te magna cato tacitū aut te coſſe relinq̃t. Seneca. Qđ tacitū eſſe vel nemiui dixeris. Profuſus. i. ꝓfundēs. Saluſti⁹ Catilina erat alieni appetēs ſui ꝓfuſus. Fluct⁹. i. fluēs ꝛ cadēs. vt apđ eundem Saluſtiū Diuitiaꝝ ꝛ formæ gl'ia flura atqꝫ fragil' ē: ꝟtus ingenij clara æternaqꝫ habet Scit⁹ qui ſcit. ꝛ ſic int'rogatiões platonis dicunt eſſe ſcitæ. h̕ ē aſtute ꝛ vafre liſtich ſcharp. ꝛ cū mag̃ arte ꝯpoſitæ Comic⁹ Scitū hoim hic prorſus ſtultos ex inſanis facit. Defect⁹ qui deficit virib⁹. vt defecta ſenect⁹. defecta ætas. Apud martialē Dulcia defecta modulat carmia lingua. Cātator cygn⁹ funeris ipſe ſui. Apud Quintilianū. Defectaqꝫ labore ſenect⁹ mag̃ ꝑs mortis nihil mihi relinq̇t ꝛc. Emerit⁹ qui oīno extra meritū eſt præ ſenio. Et ita q̇dā milites dicunt emeriti. vt ij q̇ herculis ad poſtē arma ſua fixere. teutoice dye den ſchilt an dye wāt gehāghē heft. Etiā boues dicuntur emeriti. naues dicunt emeritæ quæ ſcꝫ nō valēt i mari. Exoletus ē adult⁹ teutoice alt. vt domi reliq̇t exoletā ꝟginē. Exoletus etiā eſt ſcortū maſculū. Oblitterat⁹ qui obliuioni id qđ ſciuit tradidit. Jurat⁹ qui iurauit vt iurati ꝯſules. Excretus qui excreuit. ꝛ dr excret⁹ a creſco. Sunt tñ quædā ex dictis q̇ nonnunqꝫ iueniunt actiue. vt hæc ſcit⁹ contēt⁹ fluxus falſus tacituſqꝫ. Ignot⁹ caut⁹ circūſpectuſqꝫ diſert⁹ Argut⁹ tutus ꝓfuſus cōſiderat⁹. diſcret⁹ quoqꝫ ſic hæc ſunt tibi ꝑticipata. Actū vel paſſium ſignātia voce ſub vna. Sæpi⁹ ipſa tñ actū tibi ſignifi-

cabūt ¶ Tercio ſciēdum q̄ vna atq̄ eadem ſæpe vox ꝑticipijs duob⁹ deducit̄ v̄bis. vt pendēs a pendo vel pendeo. licēs a liceo l' liceoꝛ. merēs a mereo vel mereoꝛ. quærēs a quæro vl' queroꝛ. mināſ a mino l' minoꝛ. Cicero. Moꝛtē ſingul' hoꝛis īnpendē tem cogitāſ q̄s p̄t æquo aīo ſubſiſtē. Ita impendēs aen ſtaende deſcēdit ab impēdeo. Et hæc poſterioꝛa tria quærēs mœrēs mināſ etiam variāt quātitatem ꝛ ꝑoꝛem ſyllabā ꝓducūt vel coꝛripiūt rōne diuerſi ꝑmitiui Apud Virgiliū. Nec plura querentē paſſa venus medio ſic int̄fata doloꝛ ē. vbi querentē ꝑoꝛem ſyllabā coꝛripit. A deponēti em̄ qnreoꝛ deducit̄. Sic īueniūtur quædā ſub paſſiua voce vt paſſus a patioꝛ. vt nulla pericula paſſus. et a pandoꝛ. vt paſſis criminib⁹ Concret⁹ a cōcreſcoꝛ et a cōcernoꝛ. Mulſus a mulceoꝛ vel mulgeoꝛ

Dum mutat regimen fit ꝑticipāſ tibi nomē.

Dum ꝑdit temp⁹ dum ꝯpat aſſociamus

Iſtis cōpoſitum dū ſimplex ſit tibi v̄bum

¶ Dicit q̄ ꝑticipiū q̄ttuoꝛ modis fit nomē. vno q̄dē mō mutatiōe regiminis ſiue ꝯſtructiōis tū ſcʒ cū aliū caſū regit q̄ ſuū v̄bū. h̄ mō fiūt noīa ꝑticipia p̄ntˀ tp̄is ꝛ q̄dā p̄teriti tp̄is. Exemplū de p̄nti vt amāſ iuſticiā ꝑticipiū ē: ſʒ amāſ iuſticiæ nomē. Verbū em̄ amo accūm regit nō gtūm. Sic appetēs alienū ꝑticipiū eſt. appetēs vero alieni nomē. Apd Saluſtiū. Appetēs alieni ſui ꝓfuſus. Patiēs algoꝛē ꝛ inediā ꝑticipiū eſt. Patiēs algoꝛis ꝛ inediæ nomē. Et ē inedia idē q̄d fames. ꝛ ſic de alijs ꝑticipijs i ens q̄b⁹ auctoꝛes vſi ſūt. nō em̄ oib⁹ ſunt vſi. De p̄terito exēplū. vt doct⁹ grāmaticā ꝑticipiū ē. doct⁹ grāmaticæ nomē. doceoꝛ em̄ grāmaticā d̄r. nō doceoꝛ grāmaticæ Ita ī doct⁹ pilæ ꝓfuſus ſui. apd̄ Saluſtiū In doct⁹ pilæ Apd̄ hoꝛatiū. q̄d eſt nō ꝑp̄t ꝯpoſitionē ¶ Scd̄o ꝑticipiū fit nomē tp̄is amiſſione. h̄ ē q̄n ꝑticipiū nullū tēp⁹ ꝯnotat Et h̄ mō fiūt noīa ꝑticipia p̄teriti ꝛ futuri tp̄is ꝛ p̄ntˀ tp̄is. vt ſūt oēs amātes. i. aōꝛe capti. docti ꝛ eruditi laudant̄ ab oib⁹ De futuro i dus vt amād⁹ cū ſignificat nō eū q̄ amabit̄ ſʒ eū q̄ ē dign⁹ amari. vt merito amāda eſt v̄t⁹. i. dig̃ amari. Merito laudād⁹ eſt diuus. Hieronym⁹. Sic ꝑticipiū futuꝝ in rus inuenit̄ nomē factū. vt apd̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 20 [2]

Senecā de naturalibꝰ quæſtionibꝰ. Nullā autē mētionē fecit
cometaꝝ. nō ꝑtermiſſurꝰ. nō tempꝰ ſignificat ſꝫ qualitatē hoīs
et animi volūtatem. hoc eſt talis q̄ nō ꝑtermittēt. Apd̄ Quin
tilianum. Neqꝫ omnino huiꝰ rei meminit vſ q̄m poeta ipſe ꝑfe-
cto nō taciturꝰ de tāta ſua gloria. Et apud Plinium. Confero
quinquaginta millia mūmum plus collaturꝰ ¶ Tercio ꝑtici-
pium fit nomē comparatiōe vt amās amātior amātiſſimꝰ. In
dulgēs indulgētior indulgētiſſimꝰ Sic cōiunctꝰ amatꝰ accep
tus inuiſus or ſſimꝰ Paulꝰ eſt mihi omniū familiaritate l' ſan
guine cōinnctiſſimꝰ ¶ Quarto ꝑticipiūm fit nomē compoſiti
one. h̄ eſt cum componit̃ cum dcōne cum qua ꝟbum ſuū nō cō
ponit̃. vt inuocatꝰ id eſt nō vocatꝰ Paraſiti inuocati ſolēt eſſe ī
cōuiuio. dye boeuē komen ongeropen. Illectꝰ ongeleſen. vt ille
ctum remiſit libꝝ. Infectꝰ nomē q̄ſi nō factꝰ. Unde vulgo di-
citur. Nō pn̄t facta ꝑ infectis haberi. dat geſchiet is dat moet
geſchiet bliuen. Oratores redierūt re infecta. Ariſtoteles. vi.
ethicoꝝ. Hoc ſolo ꝓuatꝰ eſt deꝰ ꝙ facta infecta facē non poteſt.
Illaudatꝰ id eſt illaudabil'. Apud Uirgilium. Aut illaudati
neſcit buſiridis aras. Inacceſſus nomē eſt ꝑ iacceſſibil'. vt hæc
inacceſſa ⁊ inexpugnabilis arx eſt. Apud Uirgilium. Diues i-
acceſſos vbi ſolis filia lucos. hoc eſt inacceſſibiles lucos. q̄ſi pe-
riculoſos acceſſu cum iam ad eos acceſſiſſent vlixis ſociȷ̄. Job.
xxxix. In petris manet ⁊ in preruptis ſilicibꝰ cōmorat̃ atqꝫ in-
acceſſis rupibꝰ. ¶ Quinto ꝑticipium dr̄ fieri nomen quādo ei
iungitur Infinitiuꝰ fore vt credo me amātem tui fore. Nō opi
nor te acceptum illi fore ⁊ nō ab illis. Cicero. Spero amicici
am noſtram notam poſteritati fore. nō dixit a poſteritate Spe
ro hūc puerum admirādum virum fore id eſt admirabilem Ibi
admirādum nomē eſt. Fore eim̄ nunqꝫ iungit̃ futuri temporis
participio. Unde dicēdum eſt Spero te amatorem vel amiciū
fore. nō autem amaturum fore ſed tātum amaturum. Timeo
te verberādum fore. ſed timeo te verberādum. vel adiūcto infi
nitiuo ꝟbi ſubſtantiui. vt timeo te verberādum eſſe. ¶ Sexto
participium dicitur fieri nomē cum ſubſtantiuatur ⁊ tūc neu-
tri ſolet eſſe generis. vt antecedens cōſequens accidens contin-
gens decens cōueniēs præſens cum tempꝰ ſignificat Præſens
enim quandoqꝫ idem eſt quod fauens. Unde Uirgilius. Nec
tam præſentes alibi cognoſcere diuos. Eſt etiam ſubitus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 20 [2]

vt apud Uirgilium Præſentemqꝫ viris intentāt omnia mor
tem. Hic præſens venenum ꝛ pſentiſſimū venenum dicit qđ
ſubito occidit pſentiſſima medicina quæ cito ſanat. Uenire in
rem præſentem eſt in diem iudicij vel in locum vbi eſt aliq̄ res
trāſigēda venire. Apud Ciceronem. Cōtra officium eſt minꝰ
anteponi maiori. vt ſi cōſtitueris te cuipiam aduocatum in rē
præſentem eſſe venturꝫ atqꝫ interea grauit̄ ægrotare filiꝰ cœpe
rit nō ſit cōtra officium nō facē quod dixeris. ¶ Sciēdum ex
quo eadem vox ſit ꝑticipium ꝛ nomē nō tamē vtrobiqꝫ manet
idem ſenſus. Nam multum intereſt int̄ has bibēs vini ꝛ bibēs
vinum. Amās iuſticiæ ꝛ amās iuſticiam. Patiēs algoris ine
diæ vigiliæ laboris. ꝛ Patiēs algorem inediam laborem. ꝛ cæ
tera. Nam ad veritatem illiꝰ bibēs vini vbi bibens nomen eſt
nō neceſſe eſt vt in præſenti tempore vinum bibat nec vt amās
iuſticiæ in præſenti tempore amet. ſignificat em̄ ibi ſine tempo
re ꝛ ſufficit eum habere habitum iuſticiæ quem ꝛ dormiēs ha-
bere poteſt. Sꝫ ad veritatem harꝫ bibens vinum amās iuſticiā
reqrit̄ vt in pn̄ti tp̄e vinum bibat ꝛ iuſticiam amet. Sunt em̄
bibēs ꝛ amās ꝑticipia pn̄tis tp̄is ī his orōnibꝰ. vnde de dormi-
ente dici pt̄. hic iacet bibēs vini ſed nō bibēs vinum. Ita etiam
de dormiēte dici pt̄. Petrꝰ eſt amās mei. Eſt etiā dr̄a int̄ iſtas
et ſil'es doctꝰ grammaticā ꝛ doctꝰ grāmaticæ. Nam doctꝰ grā
maticam vbi doctꝰ eſt ꝑticipium. pt̄ eſſe vera de eo q̄ ſciuit grā-
maticam ꝛ eam nūc oblitꝰ eſt. de q̄ iſta doctꝰ grammaticæ falſa
eſt vbi doctꝰ nomen eſt. ꝛ ſic aliq̄s pt̄ eſſe doctꝰ grammaticā ſed
nō grāmaticæ. vt is q̄ eam grāmaticā quam doctꝰ eſt oblitus
eſt. Sic alia ꝑticipia p̄teriti tp̄is faciūt ambiguū ſenſum. vt ꝓ
uatꝰ ab illo ꝑticipium eſt. ſed ꝓuata perſona ꝓuata bona nomen
eſt. Sic beatꝰ quādo idem eſt quod beatificatꝰ participium eſt.
vt beatꝰ a deo dr̄ aliq̄s. Sed beatꝰ quādo idem eſt qđ fœlix no-
mē eſt. vt beatꝰ petrꝰ Unde iſta locutio. Deꝰ eſt beatꝰ vera eſt ſi
beatꝰ ē nomē. falſa vero ſi beatꝰ ē ꝑticipiū. Ita iſtud nomē calci
atꝰ facit ābiguū ſēſū Nā calciatꝰ cū ē ꝑticipiū. ē is q̄ fuit ab ali
quo īdutꝰ calcijs Sꝫ Calciatꝰ nomē q̄ hꝫ iam calcios ī pedibꝰ.
Un̄ iſta locotio. iſte frat̄ minor ē calciatꝰ demōſtrādo hoīeꝫ nu
dis pedibꝰ eſt vera ſi calciatꝰ eſt ꝑticipiū: falſa eſt ſi eſt nomē Si
militer dicendum eſt de illis nominibus caligatus capuciatus
Etiam item differentia eſt inter participium futuri temporis.

in dus terminatum. ⁊ inter nomina in dus terminata facta ex p
ticipijs, vt legēd⁹ participiū. vt liber eſt legend⁹. Si legendus
eſt ꝑticipiū fit cum tempore ⁊ ſic reſoluit per v̾bum futuri tem-
poris liber leget. Si vero nomē eſt reſoluit ſic. liber eſt legēd⁹
hoc eſt liber eſt legi dign⁹ Unde ſæpe hæc eſt vera liber eſt legē
dus ſi legend⁹ eſt ꝑticipium quæ tamē falſa eſt ſi legend⁹ eſt no
men. q̄ꝛ multa legunt nō legēda. ⁊ multa docent nō docenda.
immo dedocēda. In illis orōnib⁹ participia in dus ſemꝑ trāſe
unt in vim nominis. ⁊ ſemꝑ reſoluēda ſunt per dign⁹. vt æſti-
maui, hāc rem ſignificādam. Cenſui tibi illud ſignificandū id
eſt dignum ſignificari.

EST poſt p̄dicta cōſtructio iure locāda
In geminas partes ꝯſtructio ſcinditur. illi
Trāſitio debet intrāſitioq̄ȝ ſub eſſe:
Cum partes ꝑ quas cōſtat cōſtructio plena
Signāt diuerſa cōſtructio trāſeat illa
Judiciū ſit idem tanq̄ȝ diuerſa notādo
Hanc in mēbra duo diſtinguere cōuenit. eius
Sunt ſpecies ſimplex quæ trāſit: quæq̄ȝ retrāſit.
Eſt intrāſitio tibi per p̄dicta notāda
Per binas ſpecies hāc diſtingues q̄ꝛ ſimplex
Hanc intrāſitio pariterq̄ȝ reciproca ſcindūt
Ecce per exempla tibi res eſt notificāda
Hic ſociū ſuperat vel marcū tullius orat.
Tullius eſt marcus. bos eſt leo. capra iuuencus
Se regit hic. ego me. tu te. nos diligim⁹ nos
Iſti ſe ſociāt. vos autem diligitis vos.

¶ Superi⁹ docuit de regimīe. hic vult docē de ꝯſtructiōe. Et
eſt cōſtructio quādo. ꝑ nomē ſecūdæ impoſitiōis. Et ſic cōſtru
ctio eſt oratio ex dictionib⁹ cōpoſita vt hō currit. Eſt etiā con-

ſtructio quã doq̄ʒ nomẽ ꝑmæ impoſitionis ⁊ ſic ſignificat res ſi ue ꝯpoſitionẽ reꝝ inquãtum res diſtinguit̃ ꝯtra vocabulum. ⁊ hoc modo domꝰ dicit̃ ꝯſtrui ⁊ murꝰ cõſtrui dʒ. In ꝑori accepti one h̕ eſt quãdo eſt nomẽ ſecũdæ impoſitiõis hic accipit̃ in tex tu. Nec opꝰ eſt illa ꝓlixa definitiõe ꝯſtructionis. Conſtructio eſt cõſtructibiliũ vnio ex modis ſignificãdi cauſata ad exprimẽ dum mẽtis cõceptum finalit̃ adinuẽta. Nam modi ſignificã di neqʒ ſunt cauſa regiminis neqʒ ꝯſtructionis. imo ſola volun tas bonoꝝ auctoꝝ int̃ quos cõuenit talem dictionem talem re gere caſum. ⁊ aliquam dictionem trãſitiue cõſtrui vel intrãſiti ue. ¶ Subdit autor In geminas ꝑtes q̄ cõſtructio ẽ duplex Quædã trãſitiua quædam intrãſitiua. Cõſtructio trãſitiua ẽ in qua ꝑtes orõnis ſignificãt diuerſa. vt video petꝝ. liber petri. Vel vident̃ ſignificare diuerſa. vt video me hũanitas petri. Cõ ſtructio intrãſitiua eſt in q̃ ꝑtes orõnis idem ſignificant.. vt ho mo currit. animal homo· Vel vident̃ ſignificare idem vt homo rudibilis. Vnde dcões intrãſitiue ꝯſtrui eſt dictiões idem ſig nificare. Dictiões idem ſignificare eſt eas poſſe de eodem veredi ci ſiue p̄dicari. ⁊ h̕ ꝓbat dialectica per ſyllogiſmũ expoſitorium Et eſt ſyllogiſmꝰ expoſitoriꝰ cuiꝰ medium eſt h̕ aliq̊d id eſt ter minꝰ ſingularꝭ. vt ſortes currit eſt cõſtructio intrãſitiua. quia eius cõſtructibilia ſignificãt idem. qđ ſic ptʒ. h̕ currit ⁊ h̕ idem eſt ſortes ergo ſortes currit. Sic homo albꝰ facit cõſtructionẽ intrãſitiuã. qꝛ pñt de eodem dici vt h̕ eſt album ⁊ h̕ idem eſt hõ Sic omnia dicta in logica eadem numero faciũt cõſtructionez intrãſitiuam. h̕ eſt ſignificãt idem. Et vbi v̉bum pſonale regit ntĩm a ꝑte anteriori vt ſortes currit. ⁊ vbi v̉bum ſubſtãtiuum copulat ſimiles caſus ſemꝑ fit cõſtructio intrãſitiua. Tranſiti ua fit ꝑ oppoſitũ ⁊ eſt in qua cõſtructibilia ſignificant diuerſa. Illa vero ſignificãt diuerſa quæ nõ pñt dici de eodem. vt video aſinum quæ eſt trãſitiua. qꝛ nõ p̄t dici hoc eſt aſinꝰ ⁊ hoc idem eſt ego videns ⁊ ſic de ſimilibꝰ. ¶ Sciendũ ſecũdo circa lrãm. Cõſtructio illa etiam dicit̃ trãſitiua in qua ꝑtes vident̃ ſignifi care diuerſa quæ idem ſignificãt. vt humanitas petri. Vident̃ etenĩ ibi ꝑtes ſignificare quibuſdã diuerſa quæ tamẽ idem ſig nificãt. Valet enĩ humanitas petri idem qđ homo petrꝰ Nul la enĩ abſtracta ſignificãt rem diſtinctã a cõcretis. præt̃ abſtra cta ꝑmæ ⁊ terciæ ſpeciei q̃litatꝭ. vt Sciẽtia petri ẽ cõſtructio

trāſitiua. q꞉ petrꝰ nō eſt ſciētia. Sic albedo petri. caliditas pe-
tri. Un̄ multi decipiunt̄ ex ſilitudie vocis. vidētes em̄ calidita
tē eſſe aliā a re calida. credūt ⁊ humanitatē ſorteitatē alias eſſe
ab hoīe ⁊ a ſorte. Un̄ oīa alia abſtracta q̄ nō ſunt de p̄ma ſpecie
qualitatꝫ vel tercia nō ſignificāt formas. ſꝫ ſunt īuēta ornatus
cauſa. vt hæc abſtracta humanitas aīalitas riſibilitas. Nihil
em̄ ē humanitas aliud q̄m hō nihil riſibilitas q̄m riſibile. Ita
etiā ornatꝰ cauſa. Cicero dixit lentulitatē ⁊ appietatē a lētulo
et appio. Un̄ multi decepti ſūt putātes tales locutiōes ſiliter
ſignificare ī oī re calida ē caliditas. ⁊ ī omni hoīe ē humanitas
qd̄ falſum ā. Nā in iſta in oī re calida ē caliditas ꝑt rē vel for-
mā accidentalē diſtinctā a re calida. p̄t em̄ adeſſe ⁊ abeſſe. Sed
in iſta in oī hoīe ē hūanitas nō ſignificat̄ humanitas eſſe forma
diſtincta ab hoīe vt q̇dā putāt. ſꝫ valet hāc oīs hō eſt hō. Un̄
male arguit̄. caliditas eſt res diſticta a re calida. ergo hūanitas
eſt res diſtincta ab hoīe ⁊ ē fallacia figuræ dcōnis ꝓueniens ex
ſilitudie vocis. Silit̄ ꝑtes vident̄ ſignificare diuerſa vbi aliq̇d
attribuit̄ deo. vt iuſticia dei ꝟtꝰ dei. ⁊ ſic de aliꝭ ꝓprietatibꝰ deo
attributꝫ. q̄ idem ſunt qd̄ deus. Un̄ iuſticia dei eſt ꝯſtructio in
trāſitiua. Juſticia aūt hoīs dr̄ eſſe cōſtructio trāſitiua. q꞉ iuſti
cia in hoīe dr̄ formā hoīs. Juſticia autem dei ē diuina ſubſtātia.
¶ Secūdo ſciēdū circa lrām ꝙ ſæpe vnꝰ atq꞉ idem caſus p̄t cō
ſtrui trāſitiue vel intrāſitiue ⁊ facē ambiguas locutiōes vt ſub
ſtātia petri vnꝰ ſenſus eſt ſi ꝯſtruit̄ intrāſitiue gtūs ſubſtantia
quæ eſt petrꝰ. ſubſtātia em̄ dicit̄ de materia ſiue potētia. ⁊ de for
ma ſiue ꝑfectiōe ⁊ de toto ꝯpoſito. ⁊ ſic hō ponit̄ in p̄dicamēto
ſubſtātiæ nō vt ꝑs. ſꝫ vt totū ꝯpoſitū. Si vero ꝯſtruit̄ trāſiti
ue tūc tūc ſenſus ē poſſeſſio petri vl' res failiarꝫ petri. Dicit̄ de fi
lio ꝓdigo q̇ ꝯſūpſit ſubſtātiā ſuā cū mētricibꝰ. Sic amor dei ē
ambigua locutio. q꞉ gtūs p̄t conſtrui intrāſitiue. ⁊ ē amor quo
deꝰ amat vel trāſitiue ⁊ eſt amor quo aliꝰ deum amat. ¶ Circa
cōſtructionē reciprocā eſt notādū ꝙ ꝯſtructio reciproca hꝫ fie-
ri ꝑ obliquos iſtoꝝ ꝓnominū ego tu ſui. Et quādoq꞉ ꝑ poſſeſſi
uū ſuus. vt ego diligo me tu te ille ſe. Eſt tamē differētia inter
hæc tria ꝓnomina. nam mei tui nō faciūt ſolūmodo cōſtructio
nem reciprocā. ſed etiam trāſitiuā. vt ille videt te. ioānes verbe
rat me. ſed ſui facit ſolum cōſtructionem reciprocā ⁊ hoc ꝑ om
nes caſus. Secūdo differūt. nā loco illiꝰ ꝓnoīs ſui nō p̄t poni

in eadē ſentētia aliud ꝓnomē neqꝫ ſui loco alterius. ⁊ ħ ē ſūme
cauēdū. vt rex hoſtē ſuperās fecit ei vulnera vbi nō licꝫ ponē ꝓ
nomē ſibi qꝛ ſeipm̄ vulneraſſꝫ. qꝛ ꝓnomē reciprocū ſui poit ſꝑ
modū patiētis ſup ſubſtātiā agētē ⁊ ꝑ reciprocationē idem fit
agēs ⁊ patiēs. Qn̄cūqꝫ ħ ꝓnomē reciprocū ſui vł ſe ſequit̄ di-
uerſas t̄cias ꝑſonas tūc ſꝑ refert̄ ad ꝑſonā ꝑ̄ncipalit̄ agentē. vt
in euāº. Rogauit ieſū q̇dā phariſeꝰ vt apud ſe prādēt. ſenſus ē
ꝙ ieſus prādēt apud pharizeū ⁊ nō pharizeꝰ apud ieſū. Et ſic i
iſta. Neſcit abeſſe deꝰ in ſe ſperātibꝰ. i. in deo ⁊ nō in ſeipſo Sꝫ
cū q̇s velit facē relationē ad rē nō ꝑ̄ncipalit̄ agentē. tūc ſe ł dꝫ
cōponi cū ꝓnoīe ipſum vel cū ſeipſo gemiari. vt Quæſiuit do-
minꝰ a petro an ſeſe diligēt ł an ſeipm̄ diligēt. Priſcianꝰ ⁊ Pe
trꝰ heliæ. dicūt ꝙ ꝓnomē r̄ciprocū ſuū poſſeſſiuū eodē mō pt cō
ſtrui reciproce ſicut de ſui dictum ē. ⁊ ħ eſt verꝫ reſpcū ꝓnois ꝓ̄
mæ ꝑſonæ p̄cedētis. vt rogat me ille vt ſuꝰ filiꝰ miſtret mihi.
Jlle petit te vt ſuo ꝓſis filio. ſꝫ ħ nō p̄t fieri in nudis tercijs ꝑ
ſonis de q̇bꝰ eſt regula. Qn̄cūqꝫ a tercia ꝑſona fit reciprocatio i
terciā ꝑſonā ꝑ ħ poſſeſſiuū ſuus a um. tūc fit ſemꝑ amphibolo-
gia. i. dubioſa ſentētia. Eſt em̄ ſemꝑ dubiū ad quā eaꝝ ꝑſonaꝝ
ꝑtineat poſſeſſio. vt iſte rogat illū vt ſuo filio īdulgeat ł parcat
Hic dubiū eſt cuiꝰ ſuo filio an ſuo rogātis an eiꝰ qui rogat̄ Jſte
rogat paulū vt ſuū erudiat filiū. Petrꝰ heliæ mouet aliq̄s q̄ſti-
ones circa ꝯſtructionē reciprocā an ſint admittēdæ an nō. ego
et tu diligimꝰ me. tu ⁊ ille diligit̄ te. ⁊ ego ⁊ ille diligimꝰ ſe. Di
cēdū ꝙ ꝓ̄mæ duæ ſūt admittēdæ ſꝫ vltima nō. nā ille duæ pri
mæ ſūt ꝯſtructōes reciprocæ. nā ⁊ te ⁊ me pn̄t referri ad perſo
nā præcedentē ꝑ̄ncipalit̄ agentē. ſꝫ vltia nō eſt admittēda Nā
ſe nō p̄t referri ad ꝑſonas quæ ſunt in agēdo æque ꝑ̄ncipales.
ſed ſe ſꝑ dꝫ referri vt ꝓ̄us dictum ē ad ꝑſonā ꝑ̄ncipalit̄ agentē.
Jtē ego ⁊ tu diligimꝰ me. hic me refert̄ ad ego. Et hic ego ⁊ tu
diligimꝰ te. hic te refert̄ ad tu. ⁊ hoc notū eſt.

Actus trāſitio ꝑſonarūqꝫ notentur

Quādo nō trāſit actus nec paſſio cuiquā

Jnfertur nunquā trāſit cōſtructio plena

Filius alphei iacobiqꝫ maria quieſcūt

¶ Poſtq̄ꝫ autor poſuit ꝯſtructionē trāſitiuā ⁊ itrāſitiuā. ħ di-

nidit adhuc cõſtructionẽ trãſitiuã actuũ ꝛ ꝑſonaꝝ ꝛ ꝯſtructio intrãſitia eaſdẽ hꝫ diuiſiões. Jtẽ Cõſtructio itrãſitia actuũ eſt qñ act⁹ ꝟbi nõ trãſit ĩ aliquẽ obliquũ lʼ qñ ꝑ alteꝝ cõſtructibile in ꝯortaꝉ act⁹ Jtẽ ꝯſtructio trãſitia actuũ ẽ qñ ꝯſtructibilia ſignificãt diuerſa. lʼ qñ ꝑ alteꝝ ꝯſtructibile ĩportaꝉ act⁹ vt mgr̃ ꝟberat diſcipulũ. Jtẽ ꝯſtructio itrãſitiua ꝑſonaꝝ ẽ vbi ꝯſtructibilia ſignificãt idẽ. ꝛ ꝑ neutꝝ cõſtructibile ĩportaꝉ act⁹. vt aĩal hõ. ꝟt⁹ dei. Jtẽ ꝯſtructio trãſitia ꝑſonaꝝ ẽ vbi ꝯſtructibilia ſignificãt diuerſa ꝛ ꝑ neutꝝ ꝯſtructibile ĩportaꝉ act⁹ vt equ⁹ petri maria iacobi. Jtẽ ꝑ actũ ħ ĩtelligiꝉ ꝟbũ. ꝛ per perſonã intelligũtur aliæ partes orationis.

Conſtrue ſic caſum ſi ſit ꝓpone vocantẽ
Mox rectum pones. hinc ꝑſonale locabis
Verbũ. quod primo ſtatues ſi cætera deſint.
Tercius hinc caſus ꝛ quart⁹ ſæpe ſequũtur
Aut ꝟbo ſubdes aduerbia. ſubde ſecundũ
Caſnm rectori. debet vox ꝓpoſitiua
Quarto ꝯiungi vel ſexto quem regit ipſa

¶ Prius autor determiauit de cõſtructiõe idẽptitatꝫ ꝛ diuerſitatꝫ. hʼ ãt itẽdit determiare de mõ ꝯſtruẽdi ꝛ q̈liť aliq̄ orõ ſit cõſtruenda Et dĩt ꝙ orõ ſit ichoãda a vtõ ſi ſit ĩ orõne. Et ſi vtũs nõ fuerit ĩ orõne tũc ichoabiꝉ a ntõ. ꝛ tũc ſequeꝉ ꝟbũ ꝑſonale. Et ſciẽdũ ꝙ cõſtructio icipiꝉ nõ ſolũ a vtõ ſꝫ inchoaꝉ octo modis. Prio a vtõ vt hꝫ lr̃a. vt petre tu ꝓfice. Scd̃o ab abltĩs lʼ ntĩs abſolute poſitꝫ. vt mgr̃o legẽte pueri ei⁹ ꝓficiũt. audita. vt ꝓconia ſint pulſa tandẽ lubca. i. ꝓconijs auditꝫ Tercio mõ dꝫ incipi ꝯſtructio ꝑ ꝯiũctiões ꝛ aduerbia ꝯtinuationẽ lʼ ſuſpẽſionẽ iportãtia. vt q̃nq̃ꝫ etſi q̃muis etiã etiãſi Sic ꝛ ꝑ illas dcões de quib⁹ loquiꝉ alexandʼ ibi Cũ q̄ꝛ dũ donec ꝛč. ꝛ ſilʼes ꝯiũctiones quæ ibi ꝯphẽduntꝉ. Quarto ꝑ aduerbiũ vocãdi ꝛ interiectiões exclamatiue poſitas. vt proh nephas. o iſauſtũ diẽ. Quito ꝑ obliquos aliq̄s rõne relatiõis vt ꝓrez ſequiꝉ ſua ꝓles Sexto ꝑ obliquos introgatiue poſitos vt dĩt ibi. Quis q̄lis q̄nt⁹. Septio ꝑ obliq̄s negatĩos. vt nullũ clericoꝝ video. Etiã ꝑ obliq̄s diuidẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 20 [2]

tes aliq̄d totū. vt ſonoꝝ ali⁹ vox ali⁹ nō vox. Etiā rōne relatio
nis. Ultimo inchoaẗ ↄſtructio p̱ v̱bum impſonale paſſiuæ vo
cis ꝛ etiam actiuæ voc꜡. ꝛ etiam p̱ v̱bum exceptæ actiōis vt pꝫ
in plurib⁹ ſcriptur꜡ Item ſciēdum ꝙ vtūs bene poniẗ in orōne
vbi ab ipſo nō inchoaẗ ↄſtructio ꝛ hꝰ dum poniẗ in orōne relati
ui. vt petr⁹ intulit mihi iīuriā. o mi paule vindica ī eum Et dt
text⁹ ꝙ poſt vtūm ſequeẗ ntūs. i. p̱ vtūm ꝛ ei⁹ rectū vel cōdepē
dens ei⁹. vt o fili dauid tu miſerē mei. Itē vtūs p̄conſtrueẗ in
orōne. cui⁹ rō eſt. nam vtūs ft per modum excitatiōis ꝛ hꝫ oīs
excitatio fieri in p̄ncipio ꝛ rō pſuaſiua. Item ntūs ſig̃t ſubſtan
tiam agētem ꝛ v̱bum ft accidens ergo ntūs p̄conſtrueẗ v̱bo Itē
ſi ntūs nō fuerit in orōne tūc cōſtructio fiet a v̱bo pſonali p̄mæ
vel ſecūdæ pſonæ. qꝛ implicite eſt appoſitum ꝛ ſuppoſitū. Itē
aduerbiū ſequeẗ v̱bum. nam aduerbium eſt detīatio ꝛ v̱bum
detīabile. ꝛ determinabile p̄cedet determinationē. Item nota ꝙ
in omni ↄſtructiōe ꝛ orōne ſolet iueniri ſentētia ex cert꜡ pūctis
ſcd̄m antiq̄s. quæ puncta dicunẗ coma colon ꝛ period⁹ Coma
eſt punctum cum cauda vel v̱gula ducta ſurſum:· ꝛ hꝫ poni vbi
orō vel cōſtructio nō eſt pfecta ſꝫ eſt ſentētia ſuſpenſiua. vt q̄m
uis ſum nigra:· Colon eſt vn⁹ ſimplex punct⁹ vt. ꝛ poniẗ qn̄ cō
ſtructio vel orō eſt pfecta ꝛ tamē ſupaddi adhuc aliq̇d poteſt.
vt quā̄uis ſum nigra:· ſum tn̄ pulchra Period⁹ eſt punctū cum
virgula deorſum ducta;· ꝛ poniẗ qn̄ orō oīno eſt pfecta ꝛ ſenten
tia finita. vt quāuis ſum nigra:· ſum tn̄ pulchra. ꝛ oī laude dig
niſſima;· Ex iſto triplici mō punctuādi oriẗ triplex mod⁹ accen
tuādi. Nam vbicūqꝫ coma fuerit poſitū ibi eſt accent⁹ acut⁹ et
eleuat⁹ qd̄ idem eſt. Sꝫ vbi colon poniẗ ibi eſt accent⁹ cōſtās ſi
ue medi⁹ Sꝫ vbi period⁹ poniẗ ibi eſt accēt⁹ grauat⁹ ꝛ depſſus.
vt in iſta oratiōe. Si virt⁹ ſit amāda:· iuſticia ſit amanda. cum
ipſa ſit virt⁹;· Item ſcd̄m triplicem modum accētuandi oritur
triplex mod⁹ proferēdi. Nam vbi coma poniẗ ibi p̱ modum ſu
ſpenſionis debet fieri vocis eleuatio: Et vbi colon poniẗ ibi de-
bet fieri eadem æqualiter cōſtantia. Ubi ponitur periodus ibi
debet fieri depreſſio vocis vt;· Item omne colon ſemper fit coma
cum nihil ſequitur. vt cum bene ſtudueris:· bene habebis. Un̄.
Triplicit̃ lector pauſare potes legitando. Si cōſtructio ſit ſu-
ſpenſa notās coma ſignans:· Si ſit perfecta ſed nō ſentētia to-
ta. Tunc colon facies. dum ſenſus totus habetur. periodum

facies: Coma ſit dū ꝟgula ſurgit a pūcto. Pūct⁹ ſigr̄e ꝙ duos colō valȝ vn⁹ Period⁹ pūct⁹ ē ꝟgaqꝫ tracta deorſū Sicut i exē plo potes h̾ ſigr̄e ſubacto. Si prudēs fueris: diſces bn̄. ꝗ tibi magr̄. Cūctis a popul' pſtet̾ gl'ia docto. Eſt dictura tua triplici dictēda figura. Eſt pendēs ꝯſtās eſt quoqꝫ pficiēs. Ultima de ſcendit ſtat media pinaqꝫ ſcandit.

Colon	Periodus
Conſtans	Finitiua diſtinctio
Punctus	Perfecta diſtinctio
Subdiſtinctio	Plena diſtinctio

Infinitiuū pſonis ſiue quibuſdam
Des adiectiuis vt ſunt abilis piger aptus.
Hanc olim pulchrā veteres dixere figurā
Verbaqꝫ ſunt debet iubet audet vultqꝫ poteſtqꝫ
Nititur ꝛ tentat dignat̾ ſcitqꝫ monetqꝫ
Incipit et tedet piget ꝛ pudet atqꝫ meretur
Et ꝑperat gaudet delectat pœnitet vrget
Et parat ꝛ diſcit decet ꝛ ſolet ꝛ licet adde
Quæ prædicta notāt ꝛ quæ cōtraria ſignāt
Addere multa potes quarto caſu præeūte.

¶ Hic autor d̾t ꝙ q̄dā ſūt ꝟba q̄ ordināt̾ cū infinitiuo ꝛ etiam adiectia q̄dā. ꝛ vetēs dixerūt hic pulchrā figurā fieri qn̄ adiecti ua ifinitis iūgunt̾. Itē regula iſta q̄driptita ē. Prio ifinitiu⁹ vult ꝯſtrui cū q̇buſdā ꝟbis pſonalib⁹. ꝛ h̾ inuit cū d̾t i textu p ſonis vt volo legē. Secūdo ifinitiu⁹ cōſtruit̾ cū q̇buſdā adiecti uis vt abilis legē piger currē. Tercio d̾t vlteri⁹ ꝙ ifinitiuus pt̄ cōſtrui nedū cū ꝟbis i textu poſitꝭ ſꝫ etiā cū ſynonymis iſtoꝝ ꝟ boꝝ. ꝛ cū ꝟbis oppoſitꝭ iſtoꝝ ꝟboꝝ. vt volo nolo legē. ſcio neſcio audire. Quarto d̾t ꝙ multa ꝟba ꝯſtruūtur cū ifinitio accō me diāte. vt video canē comedē Itē notant̾ d̾t in textu q̇buſdā ad iectiuis ꝛ h̾ ideo. nā oia adiectia nō pn̄t ordiari cū ifinitiuo Et ſcd̾m Priſcianū ſunt adiectia ſignificātia q̄litatē ſecundū quā ſubiectū reddit̾ aptū vel ineptū vel potēs vel impotēs ad agen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 20 [2]

dum. vt fortis bellare. abil' currē. prudēs intelligē. ſapiēs ꝓui
dere ⁊c̄. Item logice loquēdo ſunt adiectiua de ꝑma ⁊ ſecūda ſpe
cie q̄litatꝫ Item Priſcianꝰ dicit ꝙ iſta adiectiā pn̄t ꝯſtrui cum
iſtis īfinitiuis tam in recto q̄ȝ in obliq̄ vt celerem ſeq̄ id eſt cele
rem ad ſequēdum. Item loco īfinitiui illiꝰ ꝯſtructi cū adiecti-
uo pt̄ ꝯſtrui l' ſubiūctiuꝰ .i. ꝯiūctiuꝰ cum li vt vel gerūdia in do
et dū vel vltimū ſupinū. Idem em̄ eſt abil' currē. abil' vt currat
abilis ad currendū. abilis currēdo. abil' curſu. ¶ Sciēdum ꝙ
iſta lr̄a intelligit̄ de q̄buſdā ipſonalibꝰ vt hȝ textꝰ. Itē ꝟba ſūt
duplicia. quædā ſūt quæ nullo mō pn̄t ꝯſtrui cū īfinitio. vt le
go curro iaceo ⁊c̄. Quædā em̄ pn̄t ꝯſtrui cū īfinitio ⁊ talia ſūt
triplicia. Quædā ꝯſtruūtur tm̄ cū īfinitio ⁊ cū nullo caſu con
ſtrui pn̄t. vt icipit deſinit ceſſat ſoleo nequeo ꝓpero pigritor. Et
ſīlia abſoluta. Nō em̄ dicē poſſum. poſſum me ſedē. ſȝ bn̄ dicit̄
poſſum ſedē. Ratio ē. nā orō ꝯſtās ex accō ⁊ īfinitio vim habȝ
vniꝰ caſual'. qd̄ caſuale ꝟba p̄dicta nō hn̄t nec patiunt̄ qꝛ ſūt ab
ſoluta. Secūdo quædā ſūt ꝟba q̄ nō pn̄t iūgi īfinitio niſi medi
ante accō ⁊ aliq̄n dtō. vt dico enūcio voco doceo ⁊ huiōi. Non
em̄ dꝛ bn̄ dico ſedē. ſȝ bn̄ dicit̄ dico te ſedē. nec ſentio calere ſed
ſentio ignē calē. Et hic oīa ꝟba p̄ceptiua ꝯphēdunt̄ vt iubeo te
legē. Tercio q̄dā ſunt q̄ pn̄t ꝯſtrui cū īfinitio ſolo vel mediāte
accō. vt ſūt ꝟba volūtaria q̄ apud græcos ꝓheretica dicunt̄. vt
volo ſedē volo me ſedē. cupio amo ſcio malo dubito deſidero eli
go ſino admitto vt ſinite ꝑuulos venire ad me. Itē ꝟbū ꝓhēti
cū ē ꝟbū ſignificās actū animæ īterioris. vt volo cupio ⁊ ſic de
aliȷ̄s. Itē nō ſemꝑ ē eadē ſentētia cū ꝟbū ꝯſtruit̄ cū infinitiuo
accō mediāte vel cū ſolo īfinitio. Aliq̄n tm̄ manet eadē ſenten
tia. vt volo ſedē. volo me ſedē eadē eſt ſentētia Itē ſcio currē ⁊
ſcio me currē nō ſignificāt idem ⁊ ſic in quibuſdā aliȷ̄s. Itē cir
ca ꝑmū genꝰ verboꝝ notādū eſt ſcd̄m petꝝ heliæ ꝙ ꝟba ꝑmi ge
neris nō ꝯſtruūtur cū īfinitiuis ꝟboꝝ impſonaliū. ſȝ cū īfiniti-
uis ꝟboꝝ ꝑſonaliū. vt dꝛ bn̄ poſſum legē ſȝ nō poſſum legi capi
endo legi impſonalit̄ nec poſſum oportere legē. Aliud hic ſub-
iūgit ſi illa ꝟba ꝑmi generis impſonalit̄ ponant̄ tūc ꝯſtruūtur
cū infinitiuis ꝟboꝝ impſonaliū. vt poteſt ſolet debet cōſueuit i-
cipit deſinit. vt bn̄ dicit̄ mihi pt̄ cōtingē vidē catonē. Socratꝫ
intereſt legē. Socrati īcipit placē legē Socratē incipit penitē
peccaſſe. Cepit tedere populū itineris ⁊ laboris. Sic etiā dici pt̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 20 [2]

de infinitiuo ꝟboꝝ paſſiuoꝝ impſonaliũ. vt a ſocrate icipit legi.
¶ Nota vnam regulã de p̄dictis exẽplis. Qñcunq; accũs po-
nit̃ int̃ duo ꝟba quoꝝ vnũ eſt idicatiui modi ꝛ alteꝝ infinitiui
modi ſi accũs p̄t reſolui in ñtũm ꝛ ꝟbum ifinitiui modi in ſuũ
verbũ finiti modi. tũc talis accũs regit̃ ab ifinitiuo a ꝑte anteri
ori ſi nõ poteſt fieri tal' reſolutio tũc regit̃ a ꝑte poſteriori a ver
bo finiti modi ꝛ ifinitiuꝰ reſoluet̃ in gerũdiũ in dũ. vt i euãgeꝰ.
Hic volo eum manẽ. i. volo vt is maneat. Exemplũ ſecũdi vt
doceo te legẽ nõ p̄t fieri tal' reſolutio manẽte eadem ſentẽtia do
ceo te vt tu legas ſ; doceo te ad legẽdum. Magnificauit eũ fũ-
gi ſacerdotio. i. magnificauit eũ ad fungẽdũ ſacerdotio. l' mag-
nificauit vt ipſe fungeret̃ ſacerdotio. Item ex regl'a textꝰ ſol; eli
ci octaua regl'a pueroꝝ. Qñcũq; dua ꝟba ꝯiũgunt̃ ſine cõiun-
ctiõe media in vna orõne tũc vnũ eoꝝ ſtabit i infinitio vt volo
legẽ. S; videt̃ fieri ꝯtrariũ ſcʒ q aliqñ ꝯiũgunt̃ duo ꝟba ſine
cõiunctione media ꝛ tñ nullũ eoꝝ eſt ifinitiui modi vt volo le-
gas volo facias. i. volo vt facias. Dicendũ q regula p̄dicta itel
ligit̃ dũmodo etiã aliq̇d ponat̃ loco ifinitiui. vt volo facias id ẽ
volo te facẽ. Pe. he. Quãdocũq; duo ꝟba ꝯiũgunt̃ mediãte q̃
vel vt q̃ꝝ vnũ eſt idicati modi ꝛ alteꝝ ꝯiũctiui modi tũc dimiſ
ſis ſignis ill' illud ꝟbũ ꝯiũctiui modi p̄t vel ꝑ ſe ſolũ poni vl' p̄t
mutari in impatiuũ. vt ꝓ illa volo vt legas dici p̄t volo legas.
volo lege. velim vt facias velim facias vel velĩ fac Nota de mõ
et natura ꝯſtruẽdi infinitiuũ ſcʒ q omne ꝟbũ importãs motũ
ad locũ p̄t ꝯſtrui cũ ifinitiuo ſignificãte cãm finalẽ illiꝰ motus
vt vado piſcari. vado romã iteꝝ crucifigi. i. ad crucifigẽdũ. va
de ꝓus recõciliari fr̃i tuo. q̃rẽ venerat. i. ad q̃rendũ ꝛ ille ifiniti
uus reſoluit̃ in gerũdiũ in dum. Hic ꝯphẽdunt̃ ꝟba iportãtia
motũ ſpũalem vel motũ aĩe. vt ſto hic cãtare. Sedit ppl's mã
ducare ꝛ bibẽ ꝛ ſurrexit ludẽ. Sto pugñre. i. ad pugnãdũ. Itẽ
oĩa impſonalia paſſiue vocis q̃ꝝ ꝟbũ a quo deſcẽdũt ꝯſtruitur
cũ infinitio eãdem hñt cõſtructionẽ cũ infinitio vt cupio opto.
ꝛc̃. vt optãt bellare. optat̃ bellare. Itẽ infinitiuꝰ ſolet poni pro
alĳs modis. Primo ꝓ p̄terito impfecto idicati modi. vt ego id
ſedulo negare factũ. i. negabã ſedulo Secũdo ponit̃ loco impa
tiui. vt petre saluẽ. i. ſalue. Tercio ponit̃ infinitiuꝰ loco gerun-
dĳ in di vt i paſſiõe. Neſcis q; ꝑtãtẽ habeo crucifigẽ ꝛ dimit-
tẽ te. i. crucifigẽdi ꝛ dimittẽdi. Quarto ponit̃ loco gerũdĳ i do

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 20 [2]

termīati vel in dum. ⁊ hoc mō ponitˀ in lrā vt piger currē. i. ad currendū. Sedet populꝰ mādu care id eſt māducandū. Surge illuīare hieruſalē id eſt ad illuminādū. vel illuīare ē impatiuꝰ verbi paſſiui. vt ſurge illuīare ihrl'm. i. vt illuieris Quito ponitˀ loco ꝑticipij pn̄tis tpis. Vn̄ Virgiliꝰ Phillida amo āte alias nam me diſcedē fleuit. i. fleuit me diſcedentē. Itē rurſus ponitˀ participiū p̄teriti loco īfinitiui vt dictū eſt. vt curabo pāphilū tuū ductū ⁊ īuentū. i. ducē ⁊ īuenire. Itē aliq̄ dicūt ꝙ īfinitiuꝰ poteſt poni loco gerūdij ꝟbi impſonal' in dū termīati. vt ī euāᵒ quinqꝫ iuga boū emi ⁊ habeo ire ⁊ vidē illa. i. eūdū eſt mihi ⁊ videndū ē mihi. ¶ Itē aliq̄ dicūt hic eſſe īpedimentū qꝛ īfinitiuꝰ vult habē accūm a pte āteriori. hic aūt hꝫ ꝟbū. Etiā hic aliqui dicūt fieri figurā ſcꝫ allothethā. ⁊ hꝫ fieri qn̄ vnū accidens ponitˀ ꝓ alio. Sꝫ p̄ſcianꝰ dicit ꝙ hic eſt pulcher modꝰ loquēdi qn̄ verbum ordinatˀ cum infinitiuo.

Quæ iunges ꝟbo iunges ⁊ ꝑticipāti
Si ꝟbi generi ſua ſignificatio fiet
Conſona debetur ipſi cōſtructio ꝟbi.

¶ Poſtq̄ꝫ autor noſter determiauit de cōſtructiōe ipſiꝰ ꝟbi. vult cōſequent' hic determinare de ꝑticipio. ⁊ d̄t qꝫ ꝑticipiū habebit eādem cōſtructionē quā hꝫ ſuū ꝟbum a quo deſcēdit. ⁊ hᵒ eſt verū dum ꝑticipiū eſt illiꝰ ſignificatiōis cuiꝰ generis eſt ſuū ꝟbum a quo deſcēdit. vt miſereor ⁊ miſerēs tibi. faueo ⁊ fauēs tibi. Et percutio ⁊ ꝑcutiēs petꝝ. vtor pane vtēs pane. Item tres ſunt hic exceptiōes ꝙ ꝑticipiū nō regit illū caſum quem ſuū ꝟbum a quo deſcēdit. Prima fit in ꝑticipijs ꝟboꝝ cōmunium. qꝛ cōmunia ſub vna voce regūt accūm vel abltūm. nam quædā eoꝝ regūt ſolum accūm. ⁊ quædā ſolum abltūm. nam ꝑticipia in ans vel in ens terminata ⁊ in rus ſolum regūt accūm. ſꝫ in dus regūt abltm̄ ⁊ ꝑ tꝰ vtrūqꝫ notatˀ ⁊ ſignt actie ⁊ paſſiue Et hæc innuit alexand' cū d̄t qn̄ ſignificatio ꝑticipij ē ꝯſona ꝟbi gn̄i. Nā ſi ꝑticipiū mutauēit ſigficatū ꝟbi etiā mutat regimē Secūda excepᵒ ē ī ꝑticipijs ꝟboꝝ ſbuoꝝ l' vtōꝝ l' eoꝝ vim hn̄tiū qꝛ nō ſꝑ hn̄t ꝯſtructionē ſui ꝟbi. Exēplū. vt video ioānē q̇ exiſtit bonꝰ. hic exiſtit hꝫ ntm̄ a pte poſtēiori. ſꝫ ꝑticipiū nō. vt video ioānē exiſtētē bonꝰ nō d̄ꝫ ſꝫ bn̄ d̄ꝫ bonū Miſēor ioānis exiſtētis

boni. Tercio ſit excoeptio ĩ ntō a pte anteriori recto. qꝛ ntūs re
gitꝛ a pte ãteriori a ỽbo ⁊ nunq̃ꝫ a pͥncipio. Itẽ notautꝛ dͬt ĩ tex-
tu. Rectꝰ ſupponẽs. id eſt ꝙ pticipiũ nunq̃ꝫ habebit a pte ãteri
ori ntũm ꝓ ſuppoſito. ſꝫ bñ pͭt hr̃e ntũm a pte poſteriori ſic ꝙ
determĩatꝛ ab ipſo. vt ioanes exiſtẽs bonꝰ. hic ioãnes nõ regitꝛ a
participio ſed copulantꝛ tantum.

Sed pſonale ſupponẽs rectus habebit.

¶ Sciẽdũ ꝙ iſta pticula cõcordat cũ metro floriſtæ ſic inqui
entis. Obliq̃s ⁊ nõ rectis hæc regl'a detur. i. pticipiũ regit illũ
eundẽ caſũ obliquũ quẽ regit ſuũ ỽbũ poſt ſe a q̃ deſcendit. Itẽ
quæritꝛ quæ eſt rõ ꝙ regit pticipiũ eundẽ caſũ quẽ ſuũ ỽbũ re-
git a q̃ deſcẽdit. Dicẽdũ ꝙ pticipiũ hꝫ idem ſignificatũ cũ ipſo
ỽbo. g̃ habebit eãdem ꝯſtructionẽ ſui ỽbi. Iuxta illud floriſtæ.
Seruat ꝯſtructũ ſeruat q̃ꝫ ſignificatũ. Nã idẽ pticipiũ ſͭ cũ
verbo ergo habebit etiã idem regimẽ. Prima regula. Quẽcũq̃ꝫ
caſum regit ĩdicatiuꝰ modꝰ eundẽ regũt oẽs modi. ⁊ oĩa tpa ab
eo formata. Et ab iſta regula excipitꝛ accũs. i. caſus trãſitionis
qꝛ nõ regitꝛ a ỽbis paſſiuis. ſꝫ aliũ obliquũ bñ regit paſſiuũ quẽ
ipm actiuũ. Vñ floriſta. Et quẽcũq̃ꝫ modꝰ caſũ regit inicialis
Illũ quiſq̃ꝫ modꝰ ⁊ tpa quæq̃ꝫ reqͥrũt. Infinita ſupia gerũdia
participãſq̃ꝫ Obliq̃s ⁊ nõ rectis hæc regula detꝛ. Secũda regu
la gñalis ẽ. Quẽcũq̃ꝫ caſũ regit ntũs eundẽ regũt eiꝰ obliq̃ Itẽ
iſta regula ĩtelligitꝛ de toto ntõ. Et dͬr totꝰ ntũs q̃ idem regimẽ
hꝫ in oĩ genẽ. ⁊ h̃ dͬr ꝓpͭ illas dcõnes aliq̃d vini modicũ nihil
mali multũ ceruiſiæ. Nõ em̃ dͬr aliq̃ vini multa ceruiſiæ. ſꝫ ſo
lũmõ in ntõ neutri gñis nec etiã dͬt in obliq̃ vt multo vini mlͭ
ti vini iſto mõ Tercia regula q̃ ſumitꝛ ex eodẽ fundamẽto ẽ iſta
ꝙ quẽcũq̃ꝫ caſũ rexerit poſitiuꝰ eundẽ reget ꝯpatiuꝰ ⁊ ſuplatiuꝰ
et iſtud ĩtelligitꝛ tã de aduerbialibꝰ q̃ꝫ noĩalibꝰ ꝯpationibꝰ vt cũ
dicitꝛ ſil'itꝛ mihi ſimilimũ mihi ſimilime mihi ſcribit vel ſimiliꝰ
mihi legit petrꝰ ſcribit oĩm mihi ſimilime ⁊c̃.

Aut ablatiui pͤeunt rectore ſoluti

Aut poſtponãtur ſed vix interſeris illos

¶ Hic dͬt ꝙ abltĩ abſolute poſitiui in deſig̃tiõe ꝯſeq̃ntiæ ſemꝑ
dñt pͤcõſtrui vl' poſtcõſtrui ⁊ raro ĩ medio ⁊ ſic ꝯſtructio poteſt
finiri in iſtos vl' inchoari ab iſtis ablatiuis in oratione poſitis.

¶ Sciendū ꝙ cōſtructio illoꝝ abltōꝝ ꝑconſtruēdi vel poſtcō
ſtruēdi aliqñ ꝑpedit̃ ſic ꝙ nō ꝯſtruūtur ad placicitū. ⁊ h̾ fit per
relationē trib⁹ modis. Primo mō qñ abltī ſunt relatiui. tunc
abltī debēt ſolūmodo ꝑconſtrui qꝛ antecedēs dꝫ ꝑcōſtrui. vt ma
giſtro veniēte ſcholares ei⁹ cōtremiſcūt Secūdo fit qñ ipm̄ re-
latiuū adiūgit̃ abltis ipſis. qꝛ tūc dn̄t ꝑcōſtrui ſicut ipm̄ relati
uū. vt pueri ꝓficiūt mgr̄o eoꝝ veniēte. Tercio qñ duo relatiua
ponūtur in vna orōne qñqꝫ ponūtur in medio h̾ eſt int̾ ſuppoſi
tum ⁊ ꝟbū. vt Cōuenientib⁹ diſcipul' ſuis ieſus ait eis.

Appellās ꝟbum ſubſtantiuūqꝫ vel hoꝝ

Uim retinens poſt ſe rectum qñqꝫ locabūt

Et ſubſtātiui dat a ſiguificatio ꝟbi,

Paſſiuis ⁊ ſæpe ſolet cōſtructio tradi.

¶ Poſtqꝫ autor determiauit quō ntūs ꝯſtruit̃ a ꝑte āteriori. hic
vult dicē q̄lit̃ a ꝑte poſteriori Et dı̄t ſic ꝙ ꝟbū ſubſtātiuū ⁊ vo-
catiuū ⁊ ꝟbū vim hn̄s iſtoꝝ volūt hr̄e aliqñ p⁹ ſe ntm̄. Et dı̄t vl
teri⁹ ꝙ ꝟba paſſiua aliqñ hn̄t ſignificatū ꝟbi ſubſtātiui. ⁊ ſic vo
lūt p⁹ ſe hr̄e ntūm. vt vocor ioānes. ſum bon⁹. ſedeo curu⁹. ordi
nor pſ bit̃ Itē q̄dā ſūt ꝟba q̄ adiūcta ꝟbis ſubſtātis faciūt vt ſo
l⁹ accūs ſeq̄tur l' ntūs l' aliqñ vterqꝫ caſus vt ſpero eſſe tibi bon⁹
credo t̄ fuiſſe fidel'. h̾ nō ꝑt poni accūs ſꝫ ſol⁹ ntūs. ⁊ h̾ ē veꝝ dū
mō accūs nō ꝑceſſerit. ſi eī ꝑceſſerit tūc bn̄ ꝑt poni accūs vt ſpe
ro me tibi eē bonū l' fidelē Alia ſūt ꝟba iūcta cū īfinitio ꝟbi ſub
ſtāti facietia ſolū ntm̄ ſeq̄. vt īcipio deſino. Dicit̃ eī ioānes inci
pit eē bon⁹ ⁊ nō ioānes īcipit ſe eē bonū Itē accidit nōnūqꝫ ꝙ
